

pendia^{a)} clericorum aut monachorum, in minoribus vero equaliter¹⁾ inter clericum et pauperes fore dividendum.

Eutitius. Et ego hoc legi, sed cum dicunt: *quicquid collatum fuerit tempore nostri imperii*, videntur exclusisse quæ ante data sunt.

Theophilus. Ita est. Nam sancta ecclesia postquam sibi subdidit^{b)} culmen imperii²⁾, ex consilio regum vel optimatum^{c)} per sanctos sacerdotes elegit sibi in singulis ecclesiis vicedominos, advocatos, defensores et ceteros^{d)} adiutores³⁾, quibus tantum de rebus ecclesiæ delegatum est, ut sine querela fideliter servitio sanctæ ecclesiæ et imperio^{e)} pontificum oboedirent^{f)}; sicque confirmatum et sancitum^{g)} est, ut res talibus delegatæ per succedentia tempora nec crescere vel^{h)} minui^{h)} presummerenturⁱ⁾, sed idoneis et dignis collatæ æqualem constantiam in perpetuo continerent. Sed Karolus^{k)} et Lhudovicus^{l)} filius eius, iam intelligentes hanc quam patimur avaritiam, ad comprimendam ambitionem hanc dederunt legem, ut antiquis essent contenti beneficiis et de^{m)} crementis^{m)} et auctionibusⁿ⁾ pontificum aures non iniquitarent.

Eutitius. Si ita est, ut dicis, nichil^{o)} nunc sacerdotibus novare licet.

Theophilus. *Omnia licent, sed non omnia expediunt*⁴⁾. Ut autem intelligas res ecclesiasticas stabili et iusto ordine olim dispositas^{p)}, sic accipe: Certe archidiaconatus^{q)} in ecclesia olim^{r)} ordinatos putas⁵⁾, an minime?

Eutitius. Archidiaconatus olim certis terminis distributos non dubitaverim.

Theophilus. Nunquid licet episcopo pro libitu suo hunc augere, hunc minuire?

Eutitius. Promovere super eos quem placuerit, ipsos autem archidiaconatus augere vel minuire puto non oportere.

^{a)} hier eingeschoben: cedere D (nach Ansegis). ^{b)} b über der Zeile nachgetragen A. ^{c)} Am Rand der zwei Zeilen von optimatum — tantum de von jüngerer Hand ein Strich A. ^{d)} caeteros C. ^{e)} aus imperii korr. B. ^{f)} oboedirent BC. ^{g)} sancitum C. ^{h)} fehlt B. ⁱ⁾ presumerent BC; vgl. S. 71 N. m. ^{k)} Carolus B. ^{l)} Ludouicus B; Hludouicus C. ^{m)} decretis B. ⁿ⁾ auctoritatibus B. ^{o)} nihil C; in B Verweisungszeichen auf das hinter sacerdotibus nachgetragene nichil. ^{p)} dispositos B. ^{q)} archi am Rand nachgetragen A. ^{r)} oli B.

¹⁾ aequè Ans. (D).

²⁾ Vgl. oben S. 64.

³⁾ Vgl. Karls Capitulare von 802, MG. Capit. 1, 93 Nr. 33 c. 13.

⁴⁾ 1. Cor. 6, 12; 10, 22 (D).

⁵⁾ Vgl. oben S. 25 Anm. 37.